

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia ar
cum fonte primo

Byas

ita aiebat homines in usu
amicicie uersari ut meminissent eam
ad grauissimas inimicitias posse conuerti.
Quod quidem dictum prima specie
nimis fortasse callidum
uidetur inimicumque simplicitati
qua precipue familiaritas gaudet,
sed si altioribus animis cogitacio
demissa fuerit, perquam utile reperietur.

Valerius Maximus libro VII.

Bias

autem, cuius sapientia diuturnior
inter homines est quam patria Priene fuit,
si quidem haec etiam nunc spirat,
illius perinde atque exstinctae
uestigia tantummodo exstant,
ita aiebat oportere homines in usu
amicitiae uersari ut meminissent eam
ad grauissimas inimicitias posse conuerti.
quod quidem praeceptum prima specie
nimis fortasse callidum
uideatur inimicumque simplicitati,
qua praecipue familiaritas gaudet,
sed si + altior nitamini + cogitatio
demissa fuerit, perquam utile reperietur.

Valerius Maximus, *Facta et dicta
memorabilia*, 7.3.ext.3 (J. Briscoe ed.,
pp.461-2, ll.174-185).